

in speculo videt ; alius eques  
præeuntem equitem, ambulans  
alius præambulantem homi-  
nem, propria deceptus imagine,  
noctu se videre existimat. Cu-  
jusmodi imagines non agno-  
scens Porphyrius in libro de an-  
tro Homericò, animos & genios  
corpore vestit aereo, interdum  
propter lucem clariorem incõ-  
spicuo, noctu verò, frigore quasi  
concreto, aspectabili. Et quis  
Opticorum dubitet, arte & fal-  
lacia hominũ potius fieri, quæ  
de geniorum præsentia & con-  
spectu, aut de Dæmonum evo-  
cationibus leguntur. Cur enim  
non potuissent olim evocari  
Genij, manes & Umbræ, bene-  
ficio Speculariæ; siquidem & i-  
psæ præstigiatrices adhibere so-  
lent speculum mundũ, in quod,  
præ,

2174